

multitudine civium factiones valere, circumveniri innocentes, alia hujuscemodi fieri cœpere: tunc lex Porcia aliæque leges paratæ sunt, quibus legibus exsilium damnatis permissum est. Hanc ego causam, P. C., quominus novum consilium capiamus, imprimis magnam puto. Profectò virtus atque sapientia major in illis fuit, qui ex parvis opibus tantum imperium fecere, quàm in nobis, qui ea bene parta vix retinemus. Placet igitur eos dimitti, et augeri exercitum Catilinæ? Minumè. Sed ita censeo: publicandas eorum pecunias; ipsos in vinculis habendos per municipia, quæ maxumè opibus valent; ne quis de iis postea ad senatum referat, neve cum populo agat: qui aliter fecerit, senatum existimare, eum contra rempublicam et salutem omnium facturum.»

LII. Postquam Cæsar dicendi finem fecit, ceteri verbo, alius alii variè assentiebantur: at M. Porcius Cato, rogatus sententiam, hujuscemodi orationem habuit.

« Longè mihi alia mens est, Patres conscripti, cum res atque pericula nostra considero, et cum sententias nonnullorum mecum ipse reputo: illi mihi disseruisse videntur de pœnâ eorum qui patriæ, parentibus, aris atque focis suis bellum paravere: res autem monet cavere ab illis magis, quàm quid in illos statuamus consultare. Nam cetera maleficia tum persequare ubi facta sunt: hoc, nisi provideris ne accidat, ubi evenit, frustra judicia implores. Captâ urbe, nihil fit reliqui

*Valere*, enguesaron los partidos. *Circumveniri*, se perseguia. *Aliæque*, otras tropelías semejantes. *Paratæ*, se publicaron. *Damnatis*, á los reos. *Bene parta*, lo que ellos justamente adquirieron. *Pecunias*, que se les confisquen todos sus bienes. *Valent*, son mas poderosos.

LII. *Ceteri*, los demás senadores, unos asentian de palabra y otros no. *Longè*, cuando veo, ó padres de la patria, los peligros que nos cercan, y reflexiono dentro de mí mismo los dictámenes de algunos, pienso muy de otra manera que ellos. *Consultare*, deliberar. *Tum persequare*, se han de castigar despues de cometidos; pero este si no se ataja antes que suceda, cometido ya en vano es recurrir al castigo...

*Assentiebantur verbo*, expresion para denotar que no eran del nú-

mero de los senadores pedáneos que no hablaban en el senado.

victis. Sed, per deos immortalis, vos ego appello, qui semper domos, villas, signa, tabulas vestras pluris quàm rempublicam fecistis: si ista, cujuscumque modi sint, quæ amplexamini, retinere, si voluptatibus vestris otium præbere vultis, expergiscimini aliquando, et capessite rempublicam. Non nunc agitur de vectigalibus, non de sociorum injuriis: libertas et anima nostra in dubio est. Sæpenumero, P. C., multa verba in hoc ordine feci: sæpe de luxuriâ atque avaritiâ nostrorum civium questus sum, multosque mortalis eâ causâ advorsos habeo: qui mihi atque animo meo nullius unquam delicti gratiam fecissem, haud facilè alterius lubidini malefacta condonabam: sed ea tametsi vos parvi pendebatis, tamen respublica firma erat; opulentia negligentiam tolerabat. Nunc verò non id agitur, bonisne an malis moribus vivamus, neque quantum aut quàm magnificum imperium populi romani sit: sed hæc, cujuscumque modi videntur, nostra, an nobiscum unâ, hostium futura sint. Hic mihi quisquam mansuetudinem et misericordiam nominat! jampridem equidem nos vera rerum vocabula amisimus: quia bona aliena largiri, liberalitas; malarum rerum audacia, fortitudo vocatur: eo respublica in extremo sita est. Sint sanè, quoniam ita se mores habent, liberales ex sociorum fortunis; sint misericordes in

*Appello*, con vosotros hablo. *Signa*, estatuas y pinturas. Orden: *si vultis retinere ista quæ amplexamini, cujuscumque modi sint, etc.* si quereis mantener estas cosas que en tanta estima tenéis, como quiera que ellas sean; si quereis disfrutar con todo sosiego de vuestros deleites, salid alguna vez de vuestro letargo y mirad por la república. *In dubio*, en peligro. *Sæpenumero*, repetidas veces he hablado largamente en este sitio. *Qui mihi*, yo que en nada me he perdonado á mí mismo, ni lisonjeado mis pasiones, con dificultad disimulaba las pasiones y delitos en otro. *Opulentia*, su excesivo poder disimulaba el descuido en el gobierno. *Nostra*, han de permanecer nuestras, ó pasar juntamente con nosotros á poder de los enemigos. *Hic mihi*, ¿y habrá quien tome en boca la mansedumbre y compasion? *Bona*, porque el ser maniroto con lo ajeno se llama ya garbosidad, y el atrevimiento para lo malo fortaleza; á tal extremo ha llegado la república: sean enhorabuena, supuesto que así lo piden las costumbres presentes, liberales, etc...

*Qui mihi*, noble pintura del carácter rigido de Caton.

furibus aerarii, ne illi sanguinem nostrum largiantur, et dum paucis scelaratis parcunt, bonos omnis perditum eant. Bene et compositè C. Cæsar paulò antè in hoc ordine de vitâ et morte disseruit; credo, falsa existimans ea quæ de inferis memorantur: diverso itinere malos a bonis loca tetra, inculta, fœda atque formidolosa habere: itaque censuit pecunias eorum publicandas, ipsos per municipia in custodiis habendos; videlicet ne, si Romæ sint, aut a popularibus conjurationis, aut a multitudine conductâ per vim eripiantur. Quasi verò mali atque scelesti tantummodo in urbe et non per totam Italiam sint, aut non ibi plus possit audacia, ubi ad defendendum opes minores sunt. Quare vanum equidem hoc consilium est, si periculum ex illis metuit: sin in tantò omnium metu solus non timet, eò magis refert mihi atque vobis timere. Quare cùm de P. Lentulo ceterisque statuetis, pro certo habetote, vos simul de exercitu Catilinæ et de omnibus conjuratis discernere. Quantò vos attentius ea agetis, tantò illis animus infirmior erit: si paululum modò vos languere viderint, jam omnes feroces aderunt. Nolite existimare, majores nostros armis rempublicam ex parvâ magnam fecisse. Si ita res esset, multò pulcherrimam eam nos haberemus: quippe sociorum atque civium, præterea armorum atque equorum, major copia nobis quàm illis est. Sed alia fuere quæ illos magnos fecere, quæ nobis nulla sunt: domi industria, foris justum imperium, animus in consulendo liber, neque delicto neque lubrico obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam atque avaritiam; pu-

*Ne illi*, pero no sean dadivosos á costa de nuestra sangre. *Bene*, tuvo poco ha un razonamiento grave y adornado acerca de, etc. *Loca tetra*, habitan unos lugares tristes, incultos, horribles y espantosos. *Eripiantur*, ó los cómplices de la conjuración, ó el populacho ganado por dinero los saquen violentamente de la prisión. *Audacia*, ó no pueda mas la violencia donde hay menos fuerza para resistir. *Discernere*, resolvéis acerca del ejército de Catilina y demás conjurados. *Feroces*, os insultarán con mas orgullo. *Nulla*, no tenemos. *Liber*, libre para resolver, y no sujeto á delitos ni

*Bene*, invectiva contra Cesar, trándole con disimulo de impio por-

que negaba la inmortalidad del alma, teniéndola por cosa de fábula.

blicè egestatem, privatim opulentiam; laudamus divitias, et sequimur inertiam; inter bonos et malos discrimen nullum: omnia virtutis præmia ambitio possidet. Neque mirum, ubi vos separatim sibi quisque consilium capit; ubi domi voluptatibus, hic pecuniæ aut gratiæ servitis; eo fit, ut impetus fiat in vacuam rempublicam. Sed ego hæc omitto. Conjuravere nobilissimi cives patriam incendere: Gallorum gentem, infestissimam nomini romano, ad bellum arcessunt: dux hostium cum exercitu supra caput est; vos cunctamini etiam nunc, et dubitatis quid, intra mœnia deprehensis hostibus, faciatis? Misereamini, censeo; deliquere homines adolescentuli per ambitionem: atque etiam armatos dimittatis. Næ ista vobis mansuetudo et misericordia, si illi arma ceperint, in miseriam vertet. Scilicet res ipsa aspera est; sed vos non timetis eam: imò verò maxumè; sed inertiam et molliam animi, alius alium expectantes cunctamini, videlicet diis immortalibus confisi, qui hanc rempublicam in maximis sæpe periculis servavere. Non votis neque supplicis muliebribus auxilia deorum parantur: vigilando, agendo, bene consulendo, prosperè omnia cedunt: ubi socordiam tete atque ignavia traderis, nequidquam deos implores: irati infestique sunt. Apud majores nostros T. Manlius Torquatus bello gallico filium suum, quòd is contra imperium in hostem pugnaverat, necari jussit: atque ille egregius adolescens immoderatè fortitudinis morte pœnas dedit. Vos de crudelissimis parricidis quid statuatis cunctamini! Videlicet vita cetera eorum huic sceleri

pasiones. En vez de estas virtudes reina en nosotros el lujo y avaricia, el público está exhausto, los particulares opulentos. *Separatim*, cuando vosotros en vuestras resoluciones cada uno mira solo por sí, en vuestras casas atendeis á vuestros deleites, aquí al interés ó favor, de aquí nace que desamparada la república cualquiera la acomete. *Supra caput*, está sobre nosotros. *Misereamini censeo*, creo que debéis usar de compasión (ironía). *Næ*, verdaderamente. *Vertet*, parará en ruina vuestra. A la verdad el apuro es grande. *Inertiã*, inacción y flojedad. *Parantur*, se consiguen. *Videlicet*, será sin duda porque contrabalanca la anterior vida de estos á la maldad que acaban de cometer...

*Deliquere*, habla en persona de los que usaban de blandura.

*Tete*, acusativo elegantemente repetido de *tu, tui*.

obstat. Verum parcite dignitati Lentuli, si ipse pudicitiae, si famae suae, si diis aut hominibus unquam ullis pepercit: ignorete Cethegi adolescentiae, nisi iterum jam patriae bellum fecit. Nam quid ego de Gabinio, Statilio, Ceparario loquar? quibus si quidquam pensi unquam fuisset, non ea consilia de republica habuissent. Postremo, Patres conscripti, si mehercule peccato locus esset, facile paterer vos ipsam re corrigi, quoniam verba contemnitis; sed undique circumventi sumus: Catilina cum exercitu faucibus urget; alii intra moenia atque in sinu urbis sunt hostes; neque parari, neque consuli quidquam occulte potest; quod magis properandum est. Quare ita ego censeo: cum nefario consilio sceleratorum civium respublica in maxima pericula venerit, hique indicio T. Volturii et legatorum allobrogum convicti confessique sint, caedem, incendia, aliaque foeda atque crudelia facinora in civis patriamque paravisse; de confessis, sicuti de manifestis rerum capitalium, more majorum supplicium sumendum. »

LIII. Postquam Cato assedit, consulares omnes, itemque senatus magna pars, sententiam ejus laudant, virtutem animi ad caelum ferunt; alii alios increpantes, timidos vocant: Cato clarus atque magnus habetur: senati decretum fit, sicut ille censuerat. Sed mihi multa legenti, multa audienti, quae populus romanus domi militiaeque, mari atque terra, praecelara facinora fecit, forte lubuit attendere, quae res maxime tanta negotia sustinisset. Sciebam saepenumero parva manu cum magnis legionibus hostium contendisse; cognoveram parvis copiis bella gesta cum opulentis regibus; ad hoc, saepe fortunae violentiam tolerasse: facundiam Graecos, gloriam belli

*Parcite*, tened miramiento. *Pepercit*, si él le tuvo á su honestidad y fama. *Adolescentiae*, á los pocos años. *Quibus*, los cuales si hubieran tenido alguna miramiento. *Locus*, si este mal se pudiera reparar, de buena gana permitiria os escarmentase la misma experiencia. *Faucibus urget*, nos aprieta puesto en la entrada de la Italia. *Parari*, ni puede prevenirse ni resolverse nada sin que ellos lo sepan, por lo que importa mas la brevedad.

LIII. *Alii*, otros, rependiéndose mutuamente, se tratan de cobardes. *Sed mihi... lubuit attendere*, pero yo, habiendo leido y oido las muchas esclarecidas hazañas del pueblo romano en paz y en guerra, por mar y por tierra, quise considerar de cerca cuál era la causa principal de no arruinarse una república de tanto balumbo. *Violentiam*, los reveses de la fortuna...

Gallos ante Romanos fuisse. Ac mihi multa agitanti constabat, paucorum civium egregiam virtutem cuncta patravisse; coque factum, uti divitias paupertas, multitudinem paucitas superaret. Sed postquam luxu atque desidia civitas corrupta est, rursus respublica magnitudine sua imperatorum atque magistratum vitia sustentabat; ac, sicuti effecta parente, multis tempestatibus haud sanè quisquam Romae virtute magnus fuit; sed memoria mea, ingenti virtute, divorsi moribus fuere viri duo, M. Cato et C. Caesar: quos, quoniam res obtulerat, silentio praeterire non fuit consilium, quin utriusque naturam et mores, quantum ingenio possem, aperirem.

LIV. Igitur his genus, aetas, eloquentia prope aequalia fuere; magnitudo animi par, item gloria; sed alia alii. Caesar beneficiis ac munificentia magnus habebatur: integritate vitae Cato. Ille mansuetudine et misericordia clarus factus; huic severitas dignitatem addiderat. Caesar dando, sublevando, ignoscendo; Cato nihil largiundo gloriam adeptus est. In altero miseris perfugium erat, in altero malis perniciēs: illius facilitas, hujus constantia laudabatur; postremo Caesar in animum adduxerat laborare, vigilare, negotiis amicorum intentus, sua negligere; nihil denegare quod dono dignum esset; sibi magnum imperium, exercitum, bellum novum exoptabat, ubi virtus enitescere posset. At Catoni studium modestiae, decoris, sed maxime severitatis erat. Non divitiis cum divite, nec factione cum factioso; sed cum strenuo virtute, cum modesto pudore, cum innocente abstinentia certabat; esse quam

*Ac mihi*, y examinando todas estas cosas venia á inferir. *Rursus*, la grandeza de la república sostenia los vicios de los generales. *Effata parente*, y como una madre ya infecunda, por mucho tiempo no produjo Roma ningun hombre insigne en virtud. *Memoria mea*, en mis dias. *Quoniam res obtulerat*, supuesto se ha ofrecido la ocasion, no quiero pasarlos en silencio sin manifestar, etc.

LIV. *Sed alia alii*, pero cada uno la buscaba por distintos medios. *Integritate*, vida inculpable. *Dignitatem*, á este le habia hecho respetable su severidad. *Sublevando*, condescendiendo. *In animum*, se habia propuesto. *Virtus*, campar su valor. *Modestiae*, Caton ponía sus miras en la moderacion, decoro, y mas que todo en la severidad.

videri bonus malebat: ita, quò minùs gloriam petebat, eò magis assequebatur.

LV. Postquam, uti dixi, senatus in Catonis sententiam discessit, consul, optimum factu ratus noctem quæ instabat antecapere, ne quid eo spatio novaretur, triumviros, quæ supplicium postulabat, parare jubet: ipse, præsiidiis dispositis, Lentulum in carcerem deducit: idem fit ceteris per prætores. Est in carcere locus quod Tullianum appellatur, ubi paululum ascenderis ad lævam, circiter XII pedes humi depressus: eum muniunt undique parietes, atque insuper camera lapideis fornicibus vincta: sed incultu, tenebris, odore fœda, atque terribilis ejus facies. In eum locum postquam demissus Lentulus, vindices rerum capitalium, quibus præceptum erat, laqueo gulam fregere. Ita ille patricius ex gente clarissimâ Corneliorum, qui consulare imperium Romæ habuerat, dignum moribus factisque suis exitum vitæ invenit. De Cethego, Statilio, Gabinio, Cepario, eodem modo supplicium sumptum est.

LVI. Dum ea Romæ geruntur, Catilina, ex omni copiâ, quam et ipse adduxerat, et Manlius habuerat, duas legiones instituit; cohortes pro numero militum complet: dein, uti quisque voluntarius aut ex sociis in castra venerat, æqualiter distribuerat, ac brevi spatio legiones numero hominum expleverat, cum initio non ampliùs duobus millibus habuis-

LV. *Discessit*, siguió el dictâmen. *Noctem*, ganar la noche que se iba acercando, no fuese que en el intermedio ocurriese alguna novedad, manda que los ministros de justicia previniesen lo necesario para el castigo. *Est locus*, hay un lugar en la cárcel llamada Tulliana, conforme se sube un poco á mano izquierda, metido en tierra como doce piés, cercado por los lados de paredes, y con una bóveda de piedra encima; pero su aspecto es horrible y espantoso, por no habitarse por su oscuridad y mal olor. *Vindices*, los verdugos á quienes se dió este encargo le dieron garrote (ó mas propiamente le ahorcaron). *Exitum*, tuvo un fin correspondiente, etc.

LVI. *Instituit*, formó. *Complet*, completó sus compañías segun el número de gente que tenia, y á los voluntarios ó aliados que le iban á su campo los repartió igualmente en ellas...

*Tullianum*, esta carcel era obra de Tulio Hostilio, de donde tomó el nombre.

set. Sed ex omni copiâ circiter pars quarta erat militaribus armis instructa: ceteri, uti quemque casus armaverat, sparos aut lanceas, alii præacutas sudas portabant. Sed postquam Antonius cum exercitu adventabat, Catilina per montis iter facere; modò ad urbem, modò in Galliam versùs castra movere; hostibus occasionem pugnandi non dare. Sperabat propediem magnas copias se habiturum, si Romæ socii incepta patravissent. Interea servitia repudiabat, cujus initio ad eum magnæ copiæ concurrebant, opibus conjurationis fretus; simul alienum suis rationibus existmans, videri causam civium cum servis fugitivis communicasse.

LVII. Sed postquam in castra nuntius pervenit, Romæ conjurationem patefactam, de Lentulo et Cethego, ceterisque quos suprâ memoravi supplicium sumptum, plerique, quos ad bellum spes rapinarum aut novarum rerum studium illexerat, dilabuntur; reliquos Catilina per montis asperos magnis itineribus in agrum Pistoriensem abducit, eo consilio, ut per tramites occultè profugeret in Galliam Transalpinam. At Q. Metellus Celer cum tribus legionibus in agro Piceno præsidebat ex difficultate rerum eadem illa existmans, quæ suprâ diximus, Catilinam agitare. Igitur, ubi iter ex perfugis cognovit, castra properè movit, ac sub ipsis radicibus montium consedit, quâ illi descensus erat in Galliam properanti. Neque tamen Antonius longè aberat, utpote qui magno exercitu locis æquioribus expedito in fugam sequeretur.

LVIII. Sed Catilina, postquam videt montibus atque copiis hostium sese clausum, in urbe res adversas, neque fuga

*Uti*, segun lo que encontraron mas á mano. *Sparos*, podaderas y lanzas; otros estacas aguzadas. *Adventabat*, se acercaba. *Occasionem*; no daba lugar de pelear. *Patravissent*, hubiesen concluido su empresa. *Opibus*, poder. *Alienum*, ajeno de sus miras el dar entrada á esclavos en la causa de los ciudadanos.

LVII. *Illexerat*, habia movido á entrar en la conjuración, desertan de Catilina. *Pistoriensem*, al territorio de Pistoia, con ánimo de retirarse por veredas ocultas. *Catilinam agitare*, que Catilina por el estrecho en que se hallaba ejecutaria lo que se ha dicho arriba. *Iter*, adonde se encaminaba Catilina. *Ac sub*, y acampó á las mismas faldas de los montes por donde habia de bajar para ir con toda prisa á la Galia. *Locis*, perseguía por llanuras á los que iban sin bagaje para poder huir.

LVIII. *Clausum*, luego que se vió cerrado entre los montes y

neque præsidiū ullam spem, optimum factu ratus in tali re fortunam belli tentare, statuit cum Antonio quamprimum confluere. Itaque, concione advocatā, hujusmodi orationem habuit.

« Compertum ego habeo, milites, verba viris virtutem non addere; neque ex ignavo strenuum, neque fortem ex timido exercitum oratione imperatoris fieri. Quanta cujusque animo audacia naturā aut moribus inest, tanta in bello patere solet. Quem neque gloria neque pericula excitant, nequidquam hortere: timor animi auribus officit. Sed ego vos, quō pauca monerem, advocavi; simul uti causam consilii mei aperirem. Scitis equidem, milites, socordia atque ignavia Lentuli quantam ipsi nobisque cladem attulerit: quoque modo, dum ex urbe præsidia opperier, in Galliam proficisci nequiverim. Nunc verō, quo in loco res nostræ sint juxtā mecum omnes intelligitis. Exercitus hostium duo, unus ab urbe, alter a Galliā obstant; diutius in his locis esse, si maxumē animus ferat, frumenti atque aliarum rerum egestas prohibet. Quocumque ire placet, ferro iter aperiendum est. Quapropter vos moneo, uti forti atque parato animo sitis; et cum prælium inibitis, memineritis vos divitias, decus, gloriam, præterea libertatem atque patriam in dextris vestris portare. Si vincimus, omnia nobis tuta erunt: commeatus abundē, municipia atque coloniæ patebunt: sin metu cesserimus, eadem illa advorsa fient: neque locus, neque amicus quisquam teget quem arma non texerint. Præterea, milites, non eadem nobis

los enemigos; que en Roma todo le era contrario, ni tenía esperanza de socorro, ni de ponerse en salvo. *Tentare*, aventurar una batalla. *Addere*, infunden. *Ex ignavo*, esforzado de cobarde, ni de tímido animoso por la arenga de un general. El fondo de valor que cada uno tiene por naturaleza ó por educación, ese se descubre en la guerra. *Quem*, á quien ni la gloria le mueve ni los peligros, en vano es animarle, pues el miedo le tapa los oídos. *Cladem*, cuán funesta ha sido. *Præsidia*, socorros de gente, refuerzos. *Quo in loco*, cuál es nuestra situación lo sabéis tan bien como yo. *Obstant*, nos hacen frente. *Si animus*, aun cuando quiéramos por falta de viveres. *Ferro*, á fuerza de armas. *Forti*, os esforcéis y dispongais para la batalla. *Inibitis*, cuando vengais á las manos tengais presente. *Commeatus*, abundancia de viveres; los municipios y colonias nos abrirán las puertas; pero si la cobardía nos rinde, aquellas mismas cosas nos serán contrarias. *Teget*, defenderá...

et illis necessitudo impendet. Nos pro patriā, pro libertate, pro vitā certamus: illis supervacaneum est pro potentia paucorum pugnare: quō audaciū aggreddimini, memores pristinae virtutis. Licuit vobis cum summā turpitudine in exilio aetatem agere: potuistis nonnulli Romæ, amissis bonis, alienas opes expectare: quia illa fœda atque intoleranda viris videbantur, hæc sequi decrevistis. Si hæc relinquere vultis, audaciā opus est. Nemo nisi victor pace bellum mutavit. Nam in fugā salutem sperare, cum arma, quis corpus tegitur, ab hostibus averteris, ea verō dementia est. Semper in prælio iis maxumē est periculum, qui maxumē timent: audacia pro muro habetur. Cum vos considero, milites, et cum facta vestra ætumo, magna me spes victoriae tenet. Animus, ætas, virtus vestra me hortantur: præterea necessitudo, quæ etiam timidos fortis facit; nam multitudo hostium ne circumvenire queat, prohibent angustia loci. Quōd si virtuti vestrae fortuna inviderit, cavete inulti animam amittatis; neu capti potius, sicuti pecora, trucidemini, quam virorum more pugnantes, cruentam atque luctuosam victoriam hostibus relinquatis.»

LIX. Hæc ubi dixit, paululum commoratus, signa canere jubet, atque instructos ordines in locum æquum deducit: dein, remotis omnium equis, quō militibus, exæquato periculo, animus amplior esset, ipse pedes exercitum pro loco atque copiis instruit. Nam, uti planities erat inter sinistros montis,

*Necessitudo*, no es la misma precision la que nos obliga á nosotros que á nuestros enemigos. *Quō*, por tanto acometed con empeño, no olvidando vuestro antiguo valor. Pudisteis vivir infamados y desterrados. *Alienas*, vivir atenidos al favor de otros. *Fœda*, cosas indecorosas é insufribles. *Hæc sequi*, este partido (la conjuración). Si pretendéis eximiros de los daños de la guerra. *Pro muro*, sirve de muralla. *Ætumo*, reflexiono vuestras hazañas, concibo grande esperanza de la victoria; vuestro brio, edad y valor me animan. *Nam*, la estrechura del lugar impide que nos pueda cercar el enemigo con su multitud. *Inulti*, sin tomar venganza de ellos. *Trucidemini*, no queráis mas que os prendan y degiellen como reses, que dejar al enemigo una sangrienta y dolorosa victoria peleando como hombres de valor.

LIX. *Signa*, manda dar la señal de pelear, y saca á campo raso su gente en formación. Despues, habiendo apartado los caballos para que la infanteria tuviese mas ánimos, siendo en todos igual el peligro. *Pedes* (nominativo), á pié. *Uti planities*, como que habia una llanura entre los montes que estaban á su izquierda, y

et ab dexterâ rupes aspera, octo cohortes in fronte constituit; reliqua signa in subsidiis arctius collocat. Ab his centuriones omnis lectos et evocatos, præterea ex gregariis militibus optimum quemque armatum in primam aciem subducit. C. Manlium in dextrâ, Fæsulanum quemdam in sinistra parte curare jubet: ipse cum libertis et colonis propter aquilam adstitit, quam bello cimbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebatur. At ex alterâ parte C. Antonius, pedibus æger, quod prælio adesse nequibat, M. Petreio legato exercitum permittit. Ille cohortes veteranas, quas tumulti causâ conscripserat, in fronte, post eas ceterum exercitum in subsidiis locat. Ipse equo circumiens, unumquemque nominans, appellat, hortatur, rogat, uti meminerint se contra latrones inermes; pro patriâ, pro liberis, pro aris atque focis suis certare. Homo militaris, quod amplius annos triginta tribunus aut præfectus, aut legatus, aut prætor cum magnâ gloriâ in exercitu fuerat, plerosque ipsos, factaque eorum fortia noverat, ea commemorando, militum animos accendebat.

LX. Sed ubi, omnibus rebus exploratis, Petreius tubâ signum dat, cohortes paulatim incedere jubet: idem facit hostium exercitus. Postquam eò ventum est, unde a ferentariis præ-

un gran risco á la derecha, colocó al frente ocho cohortes, y las demás tropas algo mas apiñadas en el cuerpo de reserva. De estas compañías entresacó todos los centuriones, gente escogida y que ya habia cumplido los años de milicia, y de los soldados rasos los mas esforzados y bien armados, y los pone en la vanguardia. *Propter*, se queda cerca del estandarte del águila. *Bello*, en la guerra contra los Cimbricos. *Pedibus*, enfermo de gota. *Tumulti* (en lugar de *tumultus*), que habia levantado para hacer frente á la conjuración. *Ipse equo*, él mismo á caballo lo andaba todo, llamando á cada uno por su nombre, les habla, los anima, y ruega tengan presente, etc. *Focis*, por sus hogares. *Homo militaris*, como hombre aguerrido. *Plerosque*, conocia á la mayor parte y sabia sus acciones de valor, y trayéndoselas á la memoria inflamaba, etc.

LX. *Exploratis*, reconociéndolo todo. *Eò ventum*, llegaron á sitio desde donde pudiesen dar principio á la pelea los ferentarios.

*Militibus*, hemos traducido *militibus*, *infanteria*, porque parece que para animar á esta apartó Catilina los caballos.

*Prætor*, no significa en este lugar ninguno de aquellos cargos de Ro-

ma que tenían los que se llamaban *prætor urbanus* ó *prætor peregrinus*, sino el oficio de general de ejército, cuya habitación ó tienda se decia *prætorium*.

lium committi posset, maximo clamore infestis signis concurrunt; pila omittunt; gladiis res geritur. Veterani, pristinae virtutis memores, cominus acriter instare, illi haud timidi resistunt: maxumâ vi certatur. Interea Catilina cum expeditis in primâ acie versari, laborantibus succurrere, integros pro sauciis arcessere, omnia providere, multum ipse pugnare, sæpe hostem ferire, strenui militis et boni imperatoris officia simul exsequebatur. Petreius, ubi videt Catilinam, contra ac ratus erat, magnâ vi contendere, cohortem prætoriam in medios hostis inducit, eosque perturbatos atque alios alibi resistentes interficit; deinde utrimque ex lateribus ceteros adgreditur. Manlius et Fæsulanus in primis pugnantes cadunt. Postquam fusas copias, seque cum paucis relictum videt Catilina, memor generis atque pristinae dignitatis suæ, in confertissimos hostes incurrit, ibique pugnans confoditur.

LXI. Sed confecto prælio, tum verò cerneret quanta audacia, quantaque animi vis fuisset in exercitu Catilinae. Nam ferè quem quisque vivus pugnando locum ceperat, eum, amissâ animâ, corpore tegebat. Pauci autem, quos medios cohors

*Concurrunt*, vienen á las manos con gran gritaría, dejan los dardos y pelean con espada en mano. *Cominus*, comenzaron á apretar fuertemente de cerca. *Versari* (en lugar de *versabatur*), se hallaba en la primera fila con los armados á la ligera, acudia con su ayuda á los que se veian en apuro, substituia sanos en lugar de los heridos, á todo atendia, peleando él mismo varonilmente, é hiriendo frecuentemente al enemigo; cumplia á un mismo tiempo con el oficio de valeroso soldado y de buen capitán. Viendo Petreio que Catilina peleaba con grande esfuerzo, contra lo que él se habia imaginado. *Cohortem*, rompe por medio de los enemigos con la compañía del general, y desordenándolos les quita la vida, como tambien á otros que le hacian frente. *Lateribus*, por los flancos. *In primis*, son de los primeros que mueren en la pelea. *Fusas*, derrotadas. *In confertissimos*, donde habia mayor número de enemigos. *Confoditur*, es traspasado.

LXI. *Tum verò*, entonces era de ver (enálaje). *Orden: Nam quisque tegebat ferè corpore, animâ amissâ, eum locum quem vivus ceperat pugnando*, porque casi todos despues de muertos ocupaban con su cadáver el mismo sitio que ocuparon en vida peleando. *Pauci autem*, pocos eran los que desbaratados por la com-

*Ferentarii*, lo mismo que *levis armaturæ milites*, y eran los armados de flechas, hondas, piedras, etc., tirando las cuales daban prin-

cipio y provocaban al enemigo á pelear; del verbo *fero*, como si dijéramos *ferentes arma, non tenentes*.

prætoria disjecerat, paulò diversiùs, sed omnes tamen adversis vulneribus conciderant. Catilina verò longè a suis inter hostium cadavera repertus est, paululum etiam spirans, ferociamque animi, quam habuerat vivus, in vultu retinens. Postremò ex omni copiâ, neque in prælio neque in fugâ, quisquam civis ingenuus captus est, ita cuncti suæ hostiumque vitæ juxtâ pepercerant. Neque tamen exercitus populi romani lætam aut incruentam victoriam adeptus erat; nam strenuissimus quisque, aut occiderat in prælio, aut graviter vulneratus discesserat. Multi autem, qui e castris visundi aut spoliandi gratiâ processerant, volentes hostilia cadavera, amicum alii, pars hospitem aut cognatum reperiebant. Fuere item qui inimicos suos cognoscerent. Ita variè per omnem exercitum lætitia, mœror, luctus atque gaudia agitabantur.

pañía del general estaban en lugares algo distantes; pero todos ellos murieron con heridas que recibieron haciendo cara al enemigo. *Paululum*, que aun conservaba alguna respiracion. *Copia*, de todo aquel ejército, ni en la batalla ni en el alcance no se hizo prisionero ni un ciudadano noble. Tan poco aprecio hicieron de su vida á trueque de matar al enemigo. *Lætam*, ni para el ejército del pueblo romano fué alegre ó poco costosa la victoria, porque aun los mas esforzados, etc. *Ita variè*, tanta variedad de pasiones, de alegría, de sentimiento, de llanto y gozo ocupaban á todo el ejército.

*Adversis*, ser herido en la espalda siempre fué ignominia en la milicia.

*Ita variè*, antitesis y epifonema con que da fin Salustio á la famosa guerra de Catilina.

## ÍNDICE

DE LAS FRASES TOMADAS

### DE LA GUERRA CATILINARIA DE SALUSTIO.

*Adnitehte Crasso*, por los grandes esfuerzos de Craso.

*Equabiliùs atque constantiùs, res humanæ se habere non possunt*, las cosas humanas nunca pueden ir con igualdad, ni ser constantes.

*Agitare imperium magis beneficiis quam metu*, ejercer el mando mas por suavidad que por rigor.

*Agitare gaudium atque lætitiã*, estar poseido de gozo y alegría.

*Agitaris conscientia scelerum*, tu mala conciencia te atormenta.

*Animadversum est, vel supplicium sumptum est, vel vindicatum est in milites*, castigóse á los soldados.

*Ardens in cupiditatibus*, fogoso en las pasiones.

*Aspera hæc tibi evenerunt*, caro te salió esto.

*Attrivit famam et pudorem bonorum*, arruinó la fama de los buenos, y les quitó la vergüenza.

*Celebratque obscuratque fortuna homines, magis ex*

*libidine quam ex vero*, engrandece ó abate la fortuna á los hombres mas por antojo que con razon.

*Confirmato animo*, con ánimo resuelto.

*Conflaverat grande æs alienum, vel grandem pecuniam debebat*, estaba muy adeudado.

*Coopertus es omnibus flagitiis*, no hay maldad que no hayas cometido.

*Copix omnes pauperum in usu quotidiano et cultu corporis sunt*, todos los bienes de los pobres consisten en salir del dia.

*Corrumpis opportunitates magnas*, pierdes las mejores ocasiones.

*Creditum abjurare*, negar con juramento el secreto.

*Detinuit me ab his litteris ambitio mala*, me apartó de estos estudios la perversa ambicion.

*Dirempto consilio cædes translata est*, desbaratado el proyecto se dilató el de hacer la muerte.

*Dissolvit mors cuncta*